



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 8. Ferrerii Cardinalis fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

**Sæcul. XVI.**  
A. C. 1506.

§. VIII.

*Ferrerii Cardinalis fata.*

**Ciacon. t. 3.**  
**pag. 923.**  
**Augustin.**  
**Ventura in**  
**slog. Card.**  
**Ferrar.**

Quintus erat Petrus Franciscus Ferrerius Pedemontanus, qui Buggellæ prope Vercellas natus Patrem habuit Geofredum Casalim Valoni Dominum, & Mediolanensis Senatus pro Francisco I. Præsidem: porro idem fuit Joannis Stephani Bononiensis, & Bonifacii Eporediensis Episcoporum, ac Sacrae Romanæ Ecclesiæ Cardinalium nepos, & Philiberti item S.R.E. Cardinalis frater, qui a Paulo III. Romano Pontifice ex Pinaroliensi, & S. Stephani de Cittadella de Vercellis Abbatem cum Romanam Curiam sequeretur, post Bonifacium Ferrerium vigesima die Decembris anni millesimi quingentesimi trigesimi sexti Episcopus Vercellensis electus est, quam Ecclesiam ad pristinam restituit dignitatem, dum in ea novem Sacerdotia, quæ Cappellaniæ dicuntur, instituit, & dotavit, ac palatium Episcopale reparavit. Sub eodem Paulo III. Pontifice, unacum Bonifacio Cardinale Eporediensi Episcopo, ac Patruo suo, qui erat de latere Legatus, Bononiæ Pro-legatus mittebatur: porro cum Concilio Tridentino interesset, quædam in suæ Diæcesis utilitatem salubriter scripsit, ea-

que

que decreta Vercellas transmisit, ubi pro **Sæcul. XVI.**  
 juvenum Clericorum institutione Se- **A.C. 1566.**  
 minarium erexit. Postea a Paulo IV.  
 adjungebatur Carolo Cardinali Carraf-  
 fæ Legato ad Philippum II. Hispaniæ  
 Regem in Belgium eunti: sub Pio vero  
 IV. cum apud Venetos Legatione fun-  
 geretur, Presbyter Cardinalis S. Cæ-  
 sarei in Palatio primum, & dein S. Agne-  
 tis in Agone, ac postea S. Anastasiæ  
 die vigesima sexta Februarii Anno Sa-  
 lutis nostræ millesimo quingentesimo  
 sexagesimo primo renuntiatus est, quar-  
 tusque suo generi purpuræ honorem at-  
 tulit: Anno autem sequenti suum Epi-  
 scopatum in Guidonis Nepotis sui ita-  
 dem Cardinalis favorem dimisit, inter-  
 fuitque comitiis, in quibus Pius V. Ro-  
 manus Pontifex nominatus est. Obiit  
 tandem Romæ die duodecima Novem-  
 bris Anno Christi millesimo quingen-  
 tesimo sexagesimo sexto, annos natus  
 sexaginta tres.

## §. IX.

*Francisci de Mendoza Cardinalis  
obitus.*

Denique postremus, ac sextus erat  
 Franciscus de Mendoza natione **Ciacon.**  
 Hispanus patria Conchensis, Didaci  
 Marchionis de Cannete, ac Isabellæ  
 Bobadillæ Filius, qui Ferdinandi Pin-  
 ciani